

# Die Urkunden der Burgundischen Rudolfinger, 124

In nomine dei eterni. Rodulfus divina providencia rex. Igitur notum sit omnibus sancte dei ecclesie fidelibus, qualiter Vmnerius et Aliericus venerunt ad nos postulantes, ut sibi et fratribus illorum Uulmerudo et Isinbaldo atque Florualdo quandam terram sancti Mauricii per consensum domni archipresulis Burcardi concederemus, coniacentem in villa Carbilis in loco qui dicitur Dasteletum.....

..... ad exartum iam dictum: hoc est campus unus terminans de duabus partibus in ipso proprio et de alia in saxo, tenens modios duos sementis, sub redibicie census annuatim denariorum XII in festo sancti Mauricii soluti et positi supra altare ipsius alicui, qui tunc prefuerint, consignati. Verum si uno anno neglegens de supra scripto censu apparuerit, in secundo anno duplicatum illum reddat sicque secure iam dictam terram possideat.